



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

7. De numero comparatiuo Angelorum cum tota hominum collectione
aliorum sententiæ reiectæ.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

rentia fert, & proh malum fere oculis cernimus,) fit plane: duas alias hominum præfectorum partes Angelorum bonorum numero valde excedere, ac minuta sui parte Dæmones aquare: ac proinde totum creaturum Angelorum cærum omniū hominum conventu longè esse minorem.

3. Verum argumentum hoc parum roboris habet, & assumit incerta. Nam illud de tertia parte stellarum Draconis Cauda è cælo deturbata, non de Angelis & lucifero, & cælo, in quo sunt conditi; sed de cælo mystico Ecclesiæ, ex hominibus, qui in Ecclesia Dei, vt stellæ lucebunt interpretatur Ricard. 4. in Apocal. glossa S. Ambrosij in eum locum prælium hoc fuisse Christi, & Apostolorum, Michaëlis, & Angelorum nominibus signatorum, cum Dracone, & Angelis eius Iudæis in Christum certantibus determinate intelligit. Communis interpretatio Michaëlis, & Angelorum, cum Diabolo, & Dæmonibus homines internis motibus infestationem horum in malum, & illorum contra inspirationibus in bonum trahentibus prælium designati in quo Diabolus tertiam partem, id est magnam hominum copiam, traxerit secum Patres, & interpretes copiose referunt Valsequez d. 2. c. 2. Viegal. in Apocalyp. 12. vbi etiam Ribera, prælium hoc Angelis cum Antichristo, eiusque satellitibus, sub mundi finem iuvando fideles, vt ipsos superent, neque gloriæ consecutione frustrentur futurum describi putat. A qua interpretatione parum distat Alcazar noster, ibi q. 1. eum locum de bello contra Idololatrias nomine Diaboli, & Angelorum eius significatos à Christo Domino, & fidelibus, Michaëlis, & Angelorum nomine significatis habito, & habendo, quam interpretationem fule probat, & Cyrilli, Nazianzeni, Basilij, Augustini, Gregorij, & aliorum testimonio confirmat. Magnus Gregori. de bello de personis, & materia discordat. Censet enim Angelicum dæmonibus, tunc fore, vt hos in infernum, præcipitent, sic enim ait, hom. 34. in Euang. *Vnde & ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concepit, dum in fine mundi relinqueretur extremo supplicio perimendus cum Michaelis Archangelo præliaturus esse perhibetur.* Quod si, nec de prælio in cælo bonis Angelis contra Apostatas, iuxta has interpretationes, & eorum quamvis, præcipuas, & communis appendicium, sit sermo deturbata tertia Angelorum pars sismo aliquo fundamento non constat, sed hominum potius, & sententiæ huius probatio evanescit. Verum & si de prælio in cælo inter Angelos, ac Dæmones eorumque duces & Apostatas deturbatione (de quo non ex instituto inferius) sit sermo. *Vt vulgus putat* (inquit Ribera) ab Ecclesiâ intelligi, argumentum aliunde evanescit. Primo enim tertia stellarum, seu Angelorum pars Draconis è cælo tunc tracta dicitur certa parte, & numero comparatiuo sumpto, pro incerto, & indefinito frequenter scripturæ locutione, vt multitudo eorum magna tracta significetur, vt multa eruditione sacra observant. Maldonatus, in id Ioannis 10. n. 12. *Eccce totus mundus absit post eum*, Locius. Psalm. 89. ad ea verba. *Mille anni ante oculos tuos*, Psalm. 104. ad illa verba, *quod mandavi in mille generationes*. Quo etiam pacto, nil eo argumento, pro præfata sententiâ concluditur: cum tertiâ determinate partem Angelorum è cælo eieciam supponat.

4. Secundo lapsum numerum, saluandis hominibus explendum (sive quo nil ratio probat) incertum etiam est Athanasio, Isidoro, & Anselmo locis citatis, solumque Deo cognitum. Nec locus ad Ephesios 1. & alius ex Psalm. 109. *iudicabit in nationibus implebit ruinam*, ex qui us Patres memorati, atque alij aiunt explendas sedes vacuas Dæmonum, satis non vigeat. Tum quia pro instaurare. Hieron. vertit *recapitulare*, id est ad vnum caput scilicet Christum omnia, siue omnes tam Angelos, quam homines in Christo redigere significat, vt ipse Chrysost. Theophilact. Anselm. & alij apud Cornel. à Lapide. Sed instauratio, et contemnitur admissa restaurationem, non æqualitate numeri, sed qualitate virtutum, &

gloriæ à malis Angelis perditarum consent aliqui Doctores ignominati, nec reprobati à Bubalo ad citatum art. 3. quæstio vno diffie. 7. §. 1. verû, non de sunt etiam, id, quod videntur satis indicasse Augustinus in Enchirid. cillo 61. sit factus; in Christo instaurantur, que in cælis sunt, cum id, quod inde lapsum, est, ex hominibus redditur, que non tam numerum personarum, quam aliquid in cælo per aplos perditum, atque in cælo per ipsos habendum, si steriles, videntur innuere. Et Gregorius adhuc clarius cit. lib. 3. 1. moral. c. 19. *in ipso instaurantur ea, quæ in cælis sunt, unde Apostolus. Angeli superbiendo recesserunt.* Huiusmodi autem instauratio, vel sola reipara, non solum sufficit, sed excedit. Denique tertiam illam partem Angelorum chori, vnius, & respectu illius, non autem Angelorum omnium fuisse probabilis S. Thomæ opinio est 1. p. q. 63. a. 9. ad 3. Nec cum eius ratione, pro longo maiore numero Angelorum, quam sit corporum omnium multitudo potest oppositum defendi, neque lapsum Angelorum, numerus tota cunctorum (necum prædestinatorum tantum) præterit hominum multitudine expleri. Extrema hæc duo præfertim illam Palm. 109. Confirmationem æque debilitant, & si intentus sensus eis verbis contineatur, ac non alij valde diuersi, d. ruius infidelitatis, & peccatorum hominum, vt ait Molina citato a. 3. d. 2. fine.

5. Difficilis locus Gregorij hom. 31. in Euang. pro hac superest sententiâ, communiter ab eius impugnatoribus dissimulatus, sic habet *Superna illa ciuitas, ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit Angelos remansisse*; quod si pauculus prædestinatorum, saluandorumque hominum, præ reprobis numerus saluatos Angelos, duplo, vt minimum, lapsis plures, numero exæquat, lapsisque subinde plus duplo, triploque, reprobi homines numero excedunt: tota hominum collectio, creatis Angelis cunctis longissime excedet, cui fauent. Anselmus lib. 2. de Deo homo c. 18. & Augustinus citatis locis, putantes plures homines saluandos, quam Angeli perierint, & indefinite plures. Notanda præsertim sunt hæc, ex c. 19. Enchiridij, & 22. de ciuit. c. 1. de gratia Dei hominibus collata: *Vt inde suppleat, & instauraret partem, quæ lapsa est, Angelorum, ac sic, illa delecta, ac superna ciuitas, non fraudetur suorum numero ciuium, ac fortasse uberiore laetetur.* Ceterum quantus linguæ Latine petitis, non numerum, sed magnitudinem, & excellentiam in aliquo substantiuo, cui adiungitur, significat. & ipso Gregorij textu satis denotatur, si enim minus proprie loquens, vitiorumque numerum vellet æqualem denotare tantos homines dixisset, quantos remansisse Angelos contigit, nec tantum ascendisse, sed auctam esse numero humanam naturam, loquitur ergo de magnitudine, & excellentia sanctitatis, virtutum, & gloriæ, ad quam in prædestinatis euecta est, & ascendit humana natura, vt eam, ad quam, quantumuis, magnam Beati Angeli pertigerint exæquet, quæ sententiâ non est alia ab ea, quam ex ipso recitabamus, proxime n. 4. Anselmi, & Augustini loca, nil huic sententiæ, fauent: siquidem non definiendo; sed pie ac sub dubie discurrunt de iis, quæ fieri possent, verba sunt, quamuis de æquo saluandorum hominum, & lapsum Angelorum, numero assertionem particula fortasse non præcedat, Ac tandem illa particula, *vt inde factum non denotat*, sed Dei intentionem in gratiæ donis homini collatis, quæ efficax finis gloriæ absolute non fuit, neque esse, vt vidimus contrari, de voluntate potuit: quare neque ex ea præfatus numerus prædestinatorum de facto asseritur ab Augustino: sed quatenus ex Deo, eius voluntate, & gratiâ, quam ex ea intentione, & voluntate, vt impleretur, ex his & instauratur, tantum gratiæ sit hominibus impetratum vt equus saluandorum, imo excedens lapsum Angelorum multitudinē numerus foret si omnes responderent.

6. Tertia sententiâ absolute docet rem hanc, siue ab autoritate scripturæ, & Patrum, siue à ratione, esse nobis profus indefinibilem, & incertam, æque,

ne de numero comparatio eorum cum corporum omnium collectione diximus cert. 5. num. 4. ita censet Molina ad citatum art. 7. d. 2. fine Soarius 1. p. lib. 6. de comparatione prædestinatorum, & reprobatorum c. 3. Quotus citat. lect. 5. n. 51. & 52. & si enim de numero absoluto videatur locus, tamen cum regularis prius sententia de numero comparatio suam conclusionem statuat (atque sine numeri 32. eorum fundamenta præ eorum leuitate asserat solutione non egere, de comparatio etiam loquitur eidem sententiæ consentit Vasquez citata d. 181. c. 3. si tamen S. Brigita reuelatio à Dionysio Carthus. memorata, ac postmodum à nobis referenda, non adest; cuius sanctitati tantum merito tribuit, vt quamvis rationi, & authoritati stando nihil definiri cum fundamento, posse arbitretur, tamen ex ea reuelatione pro maiori valde Angelorum, quam hominum numero demum steterit. Sententiæ huius fundamentum positum ab ipsi, & fufius à nobis hætenus, est duarum sententiarum à fundamentis dissectio. Solum restat fundamenta sententiæ asserentis Angelorum numerum maiorem omnium hominum numero esse dicere, id Molina, & Vasquez factum facile factumque esse putant ostendentes hominum cuius & si Angelorum ex infima hierarchia, & superioribus aliis numeri minoris, & vt plurimum, choro eius infimo (qui angustior adhuc reliquis eiusdem Hierarchiæ choris est) custodia deputetur. Nihil tamen inde potest, pro maiore Angelorum, quam hominum, numero concludi: cum idem Angelus pluribus hominibus custos deputari à Deo possit, saltem successiue, vt defuncto primo eius cliente, & pupillo homine aliis, atque aliis succedentibus, possit iterum, atque iterum, eorum custodia delegari ceterum neque hoc vnicum, ex Patribus, & ratione Theologica pro maiore Angelorum, quam hominum numero augmentum est, vt cert. 8. iam ostendam. Nec, si vnicum foret, demonstrationem certumque, & irrefragabile fundamentum non esse solum modo probaret easio: cum tamen ab eius sententiæ Patronis probabilis tantum esse, & probabilior illam reliquis ostendere contendatur; & quidem Vasquez ipse, sic respondens, amplius aliquid Paulo superius dedisset ibidem §. si numerum ex dicendis à se d. 245. dixerat enim. Non est autem verosimile eundem Angelum successiue duorum curam habere. Quo à verisimilitudine, & proinde à probabilitate euasione, quam postmodum huic argumento adhibuit anticipato exclusit, & consuetarie ad ea, quæ d. 245. c. 1. n. 2. §. Verum communis sententiæ Patrum, & scholasticorum erat dicturus: nempe singulis hominibus, singulos Angelos deputatos negari sine temeritate non posse. Cui consone censet Molina q. 113. d. 70. quæ est vltima de Angelis §. quod autem vnicuique, ex communi, & expressa Iustini Martyris sententiæ.

CERTAMEN VIII.

Magno valde numero creati Angeli cunctis hominibus excedunt; excessus tamen determinatus nobis ignotus omnino, & indefinitus est.

Integer titulus communis sententiæ Doctorum scholasticorum, & sacrorum interpretum est, tametsi primam eius partem magis expresse tradiderint, secunda parte, seu conclusione, vt plurimum, ab eis omitta; quia ea de re non solum decerni nequeat, sed, ne quidem disputari, cum probabilitate pro aliqua parte possit, vt mox ostendam. Primam igitur partem seu conclusionem præfixam docet Valentia d. 4. q. 1. punct. 3. §. Secundo probatur iunctis his quæ de Angelis tutelariis, ac Dæmonibus hominum tentatoribus docet, d. 8. q. 6. p. 4. Vasquez, vbi

proxime. Bubalus citata diff. 3. per totam. Ioan. Præpositus, ad citatum a. 3. §. Hanc igitur, sub iunctis maxime, quæ docet ad q. 64. post dubia, ad a. 4. tract. vltim. de Angelis, quod interibit. Breuiter tractatus ex eodem dub. 3. §. Certe communem. Ariaga citat. d. 1. lect. 4. num. 15. §. Aduerto secundo, stant pro eadem Raymundus Sabaudus in sua Theologia naturali tit. 2. 19. licet aliquot non adeo solidis rationibus viatur, Iodocus Lorichius Theatro nouo vtriusque Theologiæ verbo Angelus num. 4. Aneas Gazæus Platonius, & Christianus Philosophus Cenone Imperatore libro inscripto Theophrastus, t. 8. Biblioth. Veter. Patr. illis verbis, *ita & mortalium in decies milles annos hac externis sensibus exposita vita producat, nunquam tamen epinet tanta Angelorum, & Dæmonum multitudinem humanarum animarum numerus par erit.* Nec, quod de æternis Beatorum Conuiuiis apud Elyseos campos addit, ex propria sententiâ, sed ex Platone, & Socrate & metaphoricæ, laudatque, quatenus Catholice veritati, quam vbique tradit explicanda inferunt, & si pia interpretatione vir philosophicus locutionibus assuerus egeat quandoque. Pro eadem quoque sententiâ stat Ægidi Rom. supra, & quotquot Thomistæ certant, 5. numerum Angelorum omnium corporum multitudinē præferbant; quotquot item omnibus & singulis hominibus singulis Angelos cultos designant: & communi Patribus ac Theologia esse, & oppositum, subinde temerarius Vasquez noster aiebat: quod ipsum de Dæmonibus tentatoribus censetur Patribus, & Theologis, & Philosophis pluribus, quos d. vlt. de vtriusque officii, & ministeris agentes recitauimus: inde ergo probationes, à ratione Theologicis inchoemus.

2. Idcirco prima sit. Angeli cultos, & vt plurimum, omnibus, & singulis hominibus singuli, & proprii vnicuique, nec vnus pluribus simul, nec successiue adfunt: ergo Angeli infimæ Hierarchiæ, & chori etiam infimi, numerum omnium hominum exæquant. Probatur consequentia, quia ex eo infimo choro omnes hominum cultos, vt plurimum deputantur, ex communi Theologorum sententiâ: quare tot in eo choro Angelos, vt minimum esse, quot homines omnes sint, necessarium erit, si verum sit antecedens. Dixi, autem, vt minimum, quia eius chori Angeli plures aliis ministris pro Dei, nutu obeundis creati atque nati sunt: inde vero inferitur rursus: ergo multitudo tota hominum operatur ab Angelorum numero, minore, quam octo chori Angelorum, reliqui & superioris, ipsi consueverunt. Antecedens, ex quo vtrumque legitime inferitur, probandum per partes est. Et primum, quod singulis, & omnibus (abortiuis excipe) hominibus cultos Angelus à Deo deputetur ad dogma Catholicum Theologicum, ac fors fidei nostre formaliter, vel saltem proxime spectat: quod autem, vnus Angelus pluribus hominibus cultos non detur, certum est. Cum hi pro suo arbitrio, quique ab alio disungi possint, ac de facto sæpe ad tantam distantiam disungantur, & migret, vt nequeat Angelus vtrumque simul custodire, atque opportune vtrique pro periculis, occasionibus, casibus, & tentationibus succurrere. Quod vero, nec pluribus vnus idemque cultos successiue deputetur, expressa sententiâ est Iustini Martyris, q. 30. ad gentes, & oppositum vero simile non esse censuit Vasquez huius argumētū euacuato, ac ceteris Theologis est commune, vt omnes probabile doceant, nequeque oppositum sequatur. Est insuper Thomistarum omnium vtriusque scholæ Dominicane, & Iustiniane cum suo præceptore Angelico q. 113. a. 2. n. videbimus d. vlt. citata. Sed eius rationes hic perstringam. Primam ex corp. articuli, vbi ait: Angelos, vt pote Diuinæ prouidentie ministros executores, quæ corruptibilibus, in ordine ad rerum perpetuitatem præcipue attendit, species horum à Deo singulis deputari: quare & hominum singulis animis perpetuis deputari etiam debere Angelos singulos eius verba sunt: *Providentia Dei comparatur ad singulos, homines, sicut comparatur ad singulas res*